Materiæ excerptæ ex petitionibus propositis a Consiliarijs Cæs. M.tis quarũ (31). ratio haberi posset, aut a sua Beatitudine, aut a s. sancta Synodo cum aliquibus tamen moderationibus

Primo pag. 18. et 33. Conqueruntur de tot Regulariũ exemptionibus, et quod non seruant eorum instituta, et bona potius in priuatam, q̃ publicam monasteriorũ utilitatem conuertuntur

Multa prouideri possent, quæ utilia essent, ueluti de eorũ priuilegijs exemptionibus, institutis, bonorũ distributionibus, professionibus et simil: et etiam de præcedentijs, quia indignum est aliquos eorum quotidie certarẽ de superiori loco.

2°. pag. 22. Ne dentur dispensationes quo ad plura beneficia

quamuis facultas dispensandi, ubi ratio postulabit, sit necessaria, et ho,, nesta, tamen quia quotidie improbant aliqui, quod tot beneficia coaceruatur in unius persona, quodq; hæc dispensatio uidetur potius exerceri in utilitatem personarum, q̃ Ecclesiar, ~~cauendum esset in~~ primis Statuen,, dus his esset congruens aliquis modus saltim in curatis, et incõpatibilibus

3°. pag. 25. et 55. Ut erigantur Scholæ, seu Collegia, quod sit seminarium Cath. cleri

Hoc maxime expediret ubi id cõmode fieri posset, sed quoniam hoc præ,, textu multi hæretici principes solent occupare bona Ecclesiar, cauen,, dum esset in primis ne sæculares in his se immisceãt. Cætera deinde in hoc gñe prudenter consideranda. Nam cum multis in locis tenues ita sint Episcopatuum redditus, ut hos sumptus ferri non possint, curandum est, ut quo minore potest aliarũ Ecclesiar dispendio hæc intro,, ducantur

4. pag. 21. et 23. Ut Epi resideant, et alij Curati, neq; Ecclesiæ conductitijs cõmittantur Presbiteris

Hoc quotidie ab omnibus petitur, et uidetur necessariũ

5. pag. 25. et 57. Ut ex fructibus Ecctiar opulentarum, subleuentur tenuiores, et erigãtur Episcopatus in ijs locis, ubi desunt

Hoc quoq; prima facie uideretur satis expedire, sed tamen multa antea circunstantia sunt consideranda, et diligens habenda ratio personar, et locorum ubi hæc fiant.

UGR Biblioteca Universitaria

6.º pag. 28. et seq. Ne quid exigatur pro investituris Ecclesiar., aut pro rebus illis Spi-
ritualibus

Quoniam hoc caput cũ seq. videtur complecti collationem Ecclesiarũ
et alia omnia Spiritualia, et multi quotidie in hac materia conqueruntur
de taxis, et compositionibus, quas aiunt nimis graues esse, et præsertim
in matrimonio nondum consũmato. Posset S. D. N. in reformatione
aliarum rerum considerari an aliqua circa hæc sit moderandum.
Quoniam deinde intelligitur a multis Ordinarijs usurpari ut pro dan.
possessione alicuius beneficij soluatur certa portio eorum Cancellario
iuxta ualorem beneficij esset huic etiam rei prouidendum

7.º pag. 28. De excõmunicationibus

Esset sane statuendus aliquis modus ne pro qualibet re uilissima
quis excõmunicationem incurreret quæ tamen proponuntur minimi
rem restringunt. Oporteret aliquid æqualius constituere

8. pag. 51. et seq. et 55. Ut conficiatur sũma Cath. doctrinæ lingua populari Item
explicatio articulorum fidei circa Euangelia Dominicalia. Item ut certi
dies constituantur ubi de sacramentis populus erudiatur. Fiat Catalogus
aut horum qui probati sunt, Item Catechismus, et similia

Videntur utilia dum tamen reliqui similes libri in ijs locis prohi
reijciantur, et interdicantur, ita ut isti tantum in hoc genere
ab illis legantur

9.º pag. 59 Ut dissimulentur bona occupata ab hæreticis, et non cogantur
ad restitutionem dummodo redeant ad fidem Catholicam

Indiget matura consultatione

UGR Biblioteca Universitaria

Responsio ad nonnulla petita a Consiliarijs M.tis Cæs. quæ non uidentur iure, aut ex dignitate proponi posse p. s. Synodo quoniam sunt superua,, canea, aut repugnant rationi, potius obessent, q. prodessent.

Prima petitio est pag. 3. Ut primus tractetur de morum reformatione, deinde de dogmatibus

Rn. ex antiquis Concilijs potius deberent præcedere quæ ad fidem spectant, ut conclusum fuit in Concilio Seleuc.o quod refert Nicep. libr. 9. c. 43 Sed hæc disputatio in hoc conc.o iam fuit sublata, satisq. prouisum est ut coniunctim materia dogmatum atq. reformationis tractetur idq. hactenus hic fuit seruatum

2.a pag. 16. Ut ea emendentur quæ ad Sanctitatem suam, eiusq. statum et Curiam pertinent. Rn. Hoc quotidie S.tas sua agit Romæ, et multæ iam ab ea bullæ editæ sunt reformationum, notumq. est eam in hanc rem omni studio incumbere

3.a pag. 17. Ut reducatur numerus Card. ad XII. uel XXIIII.

Rn. Hoc non pot. nec debet fieri. ex necessitate enim et utilitate S. Eccliæ nunc plures, nunc pauciores creandi sunt, prout S.tas sua expedire ar,, bitrabitur Immo si ipsemet iuramento se astringeret ne certum numerum excederet, ad eius uinculo iuramenti non teneretur, si aliud utilitas Ecc.a postea posceret Hinc uidemus antiquitus etiam uarium fuisse eorum numerum cum sedente Pontiano Papa dicantur fuisse Cardi, nales 236.

4. pag. 17. Ut prouideatur tot dispensationibus quæ mittuntur extra curiam, quæ pariunt magna scandala

Rn. dispensationes esse necessarias etiam in politicis gubernationibus oes admittunt, cum max.e expediat aliquos quandoq. legis uerbis solui ut coi bono, quod est finis legis, plenius satisfiat, siquidem lex quamuis generalis esse debeat non tamen prorsus gnalr est seruāda quoniam in aliquibus casibus perniciosa esset Quod si parcius in his procedi desideratur (licet eius S.tis lex non sit præscri,, benda) scimus tamen hactenus iam totum Pænitentiariæ off.m unde plurimæ dispensationes manabant, nonnullaq. alia officia

UGR Biblioteca Universitaria

Emo. ab eius Beat.me sponte fuisse accomodata. De multis alys dispensationibus in fut. Sessione edito Decreto agetur.

5. pag. 18. Ut exemptiones contra iura cota tollantur, et Basilica ac Mon.ra omnia reuocentur sub potestatem sui ordinarij

Rn. hoc iniquum esset. Nam hae exemptiones concessae fuerunt iustissimis de causis, et insertae in corpus iuris, quas refert Greg. 9. et Clem. 5. in c. nimis ab excess. praelator. et clem. eodem tit. Deinde multiplicia possunt esse haec privilegia, et alia eis concessa ex causa onerosa, alia ex institutione eius qui fundauit, et dotauit Ecclesiam, alia alys de causis, quo loco prius audiendi essent omnes ij de quorum iure ac priuilegys tollendis agitur, quod esset infinitum. Potuit his alia ratione prouideri si quid opus erit.

6. pag. 19. Ut singula beneficia, seu dignitates, singulis tantum personis dentur
Rn. alias fuit prouisum in hoc eodem Conc.o sub Paulo iij sessione 7 quod mandabitur executioni

7. pag. eadem. Ut cessent incorporationes, seu uniones
Rn. aut haec petitio intelligitur de unionibus quae fiunt ad vitam et illis iam prouisum est in eodem Conc.o sub Paulo iij. in Sessione 7 aut de perpetuis, et tunc petitio haec est contra ius, et aduersus utilitatem Ecclesiar. Immo in praecedenti Sessione data fuit in hoc ampla facultas ordinarys, et hoc etiam uidetur aduersari petitioni de qua infra n.o XI. pag. 25. Caetera quae necessaria erunt ut illae legitime fiant, et aliter factae irritae sint, iam prouisum fuit in eodem Conc.o dicta Sessione 7. c. 6.

8. pag 22. Ne ex reseruationibus ullis, aut comendis inducatur pluralitas beneficiorum
Rn. Pluralitas beneficiorum non inducitur ex reseruatione, sed ex effectu reseruationis quae non prodest nisi cum dispensatione de qua dictum est supra. De comendis quo ad hunc effectum incompatibilitatis, iam prouisum est sub Paulo iij. Sessione 7. ubi etiam de unionibus

UGR Biblioteca Universitaria

9.ª pag. 23. Ut singulis annis habeantur Synodi Diocesanæ
Rn. hoc fieri solet in omnibus fere Ecclesijs ubi Ordinarij
resident, aut saltem idem praestatur in visitatione diocesis

10. pag. 25. Ut nihil exigatur pro ulla re spirituali
Rn. iam provisum est quo ad ordines sacros in praecedenti sessione
in alijs ubi aliquid sponte, et liberaliter datur non est intercedendum
ut in Conc.º Triburcen., et Varen. c. in ecc.co et c. seq. 13. q. 2. vel
ubi est laudabilis consuetudo aliquid pietatis causa soluendi
ut traditur in Conc.º gnali ab Innoc. 3. c. ad Aplica de Simon.
si quid praeter haec in aliquibus locis introductum est, singuli
Ordinarij prouideant secundum Canones

11. pag. 25. Ut tenuioribus Ecclesijs alia adiungantur quo honestius ferre
onera iniuncta possint
Rn. Provisum fuit supra in Sessione praecedenti

12. pag. 26. Ut Simonia prorsus tollatur
Petitio est laudabilis, et omnes eam probant sed satis prohibita
est antiquis Concilijs, Canonibus, et Decretis oportet nunc
distinctius exprimere si quid offendit, et tunc considerari poterit
quid statuendum

13. pag. 27. Ut constitutiones iuris positiui non irrogent poenam peccati mor-
talis, sicut illa quae iuris Diuini sunt. aut saltem restringantur.
Rn. Immo Adrian. Papa ait ut Anathema sit qui Rom. Pont.
decreta uiolat c. gnali 25. q. 1. et Damasus quod blasphemat
contra Spm. scm qui Decreta Papae non seruat cuius Spus. scs
gratia, et nutu sacri Canones editi sunt. et s. Greg. excommuni-
catos esse qui non obediunt Canonibus ut in c. haec censoria, et

UGR Biblioteca Universitaria

et c. uiolatores 25. q. 1. Quodq lex humana rectè possit transgressores obligare peccato mortali latè probat Alfon. de Castro lib. 1. de pot. leg. poen. c. 4. dicens contrariam opinionem aut haereticam esse, aut ualde suspectam quod si dicatur restringendum esse saltem numerum istarum constitutionum, tunc ostendatur quae sint superuacaneae, et tunc prouidebitur

14ª pag. 29. Vt Psalmi, et Diuina officia magis deuotè, et non ita praecipitanter peragantur

Rn. Singuli Ordinarij poterunt in suis Ecclesijs aliquid statuere quod rectius arbitrabuntur. Nam secundum Canones satis cautum in his est c. 1. et clem. 1. de celeb. miss. Ideoq uidetur res non necessaria quae in Synodo tractetur

15 pag. 29 Vt Missalia Breuiaria, et libri Chori repurgentur, et resecetur prolixitas numeri Psalmorum, et orationum

Rn. Prima pars huius cap. cōmitti poterit illis Patribus qui habent curam Indicis, qui tamen animaduertant ne loco reformationis peruertant ritum inueteratum Ecclesiae. Secunda pars est contra constit. Greg. 7. in Synodo gnali, de qua in c. in die de consecr. dist. 5. Nam potius augendus est numerus Psalmorū qui recitentur in Diuinis officijs, ne laici conqueri possint, quia non tenentur ipsi singulis interesse, minus clerici quia hoc eorum munus est dicunturq Diuinis mancipari officijs

16. pag. 30. uersa. Vt uernacula lingua aliqua etiam in Diuinis officijs misceantur Fidelium

Non debet immutari mos antiquissimus. quoniam uilescerent ista recitata lingua uulgari: sed Parochi ipsi poterunt explicare populo ea quae expedient post celebrata Diuina officia, aut fiat Homiliarū aliquod uulgare pro singulis Dominicis si tamen ita Synodo uidebitur, ut ista quae pertinent ad res sacras possint lingua uulgari compon

17. pag. 31. Ut clerus redigatur ad uitam puriorem habitu, uita, et doctrina
Rn. Placet maxime. sed frustra de hoc in Synodo agendum, satis enim
est ut seruentur Canones de uita, et honestati clericorum, aut quisq.
Epus in sua Diocesi prouideat ex qualitati locorum, et consuetudine
gentis, et quantum posset exequatur Canones iam editos

18. pag. 41 usq ad pag. 50. Petuntur tria eodem ordine ut Coicatio sub utraq.
Specie, Coniugium sacerdotum, et esus carnium
Rn. De primo agetur in hac sessioni. ab alys uidetur omnino
abstinendum, quoniam ex sola propositione in Synodo ex-
citaretur magnum scandalum in toto orbi Christiano apud
omnes pios, et Catholicos

19. pag. 54. Ut donec reperiantur boni Parochi in Germania, unus inser-
uiat pluribus beneficys. ut admittantur aliqui ex solitarys et similes
Rn. Ista pertinent tantum ad loca particularia Germaniae
quorum maior instructio a Synodo habenda esset. poterit
sanctissimus Dominus his prouidere

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria